ore uidit. Qui cum eum idem draco deuorare uellet, cepit tremens clama-
re dicens: Currite fratres currite, quia draco me deuorare uult.
Concurrentes autem fratres dra[conem] minime uiderunt, sed trementem atque pal-
pitantem monachum ad monasterium reduxerunt. Qui statim promisit se
de monasterio numquam fore recessurum atque ab hac hora in sua promi-
Qui in tempore famis impetrauit a domino uictum. (ssione permansit)

In tempore cum in regione Campanie maxima fames fuisset et in
monasterio sancti Benedicti patris v panes nullis cibis inueniri po-
tuissent, pusillanimitatem fratrum studuit sanctus pater modesta in-
crepatione corrigere et rursum subleuare consolatione dicens:
Quare de panis inopia animus uester contristatur? hodie quidem minus est, sed die
crastina habundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farine
sacci ante cellam inuenti sunt, quos omnipotens deus per quem portitorem trans-
misit fratribus. Unde ipsi gratias deo agentes didicerunt ex habundan-
cia ut non in egestate apostoli dubitarent. Qui de plura idem cecos
illuminauit, demones fugauit, mortuos suscitauit, surdis
auditum, claudis gressum, infirmis sanitatem restituit. Ac al-
ia multa ~~bona~~ et innumerabilia deo adiuuante felici uita
feliciter operatus est. Tandem cum oporteret deo placuit ut ip-
sum ad se reciperet, monachos confortat atque ut in studio dei
permaneant exhortans retulit dissolutionem sui corporis imminere
sibi et felici obitu migrauit ad dominum ihesum christum. et c.

Fuit quidam honoratus nomine (De honorato abbate)
qui a iuuentute sua studuit deo fideliter seruire. Cuius
in adolescentia adhuc etiam qualis futurus esset deus miraculo osten-
dit. Nam cum quadam die parentes illius conuiuium exhiberent suis
amicis, ibi pro amore abstinentie carnes aliis uescen-
tibus recusabat edere. Quem pro hoc idem parentibus correptus est huius
his: Numquid pisces sumus, forte et dari. Unde factum est cum quoddam
mancipium ad hauriendam aquam ad fontem ueniret hausta aq-